

ILL.^{MO} D. D. MARIO
DE TVFO INCLYTO EQVITI
NEAPOLITANO.

Frater Thomas Campanella Stylenſis, Ordinis
Prædicatorum. S. P. D.



VNQVAM *Illustriſſime Do-*
mine, natura ſapientiam non
amulabor, ne, ſicut illa omniũ
effectrix, & hominum refor-
matrix prolem digniorem,
germinaq; præclariora extol-
lit, omnibusq; alijs ſuperesse
iubet, nec patitur bona, quæ fecit entia extingui
unquam, & ego, inquam, vel ſaltem veneratio-
ne, & deſiderio idem exequar; Dei enim ipſa pro-
uidentia gubernatur, quin eſt gubernans Deus, ſi
quis rectè intueatur, non mixtus his, quæ regit; ita-
que iura natura, Dei exiſtimanda cenſeo; Cum
enim imbecillis redditur ordo impoſitus, et exequen-
tes cauſa degenerant, ipſe legibus defectus, vel ex-
ceſſus moderatur. Hac agit circa amorem, exaltationem,
& alia, quæ ſuperant, vel deſiciunt. Cum
igitur orbi iam defeciſſent cultores ſapientia, propugnatores diuini ordinis, & benefactores pijs bonorum hominum, ac omnes penè ad luxum utrunq;